Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in carceribus habundanti. in plagis supra modum.
in mortibus frequenter. A iudeis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter virgis cesus sum. semel lapidatus sum. ter naufragium feci. Nocte ac die in profundo maris fui. In itineribus sepe: periculis fluminum.
periculis latronum. periculis ex genere. periculis ex gentibus. periculis in ciuitate. periculis in solitudine: periculis in mari. periculis in falsis fratribus. in labore & erumpna. in uigiliis multis. in fame & sitis. in ieiunis multis. in frigore & nuditate: Preter illa que extrinsecus sunt. instantia mea cotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur. & ego non infirmor. Quis scandalizatur. & ego non uror. Si gloriari oportet. que infirmitatis mee sunt gloriabor: Ds & pater dni nri ihu xpi qui est benedictus in secla. scit quod non mentior:
Damasci prepositus gentis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenorum. ut